



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

quinquennium pari pretio quartas cum licentia Gerhardi emit, semper lege contractui adjectâ, Electori Moguntino, & ArchiEpiscopatu jus, fasque esset, etiam has duas quartas redimendi. Similiter a perturæ, & præsidii jura ab his conventionibus exempta Sanctæ Sedi remanent.

Iterum prædones Thuringiam ex arce XIV.
 † Elsterburg (a) infestabant. Cæsar ad Arcem El-
 majorum virtutem Cives hortatur. Hi sterburgex-
 sub Advocato Comite Henrico in Hohn-pugnantEr-
 stein violentas manus admovent, & ar-furtenses.
 cem expugnant. Capti prædones gladio
 feriuntur. Similes prædones arcem Tan-
 roda infederant, † quam Erfurtenses fru-Tanroda
 strâ diu oppugnabant. Consilia, vires, frustra ob-
 omnia obsessi resciebant, (b) sicque facile sidet & cur?
 quosvis conatus prævenerant. Solutâ
 obsidione domi in causas sinistri succes-
 sus inquisitum. Erant de Senatu & civi-
 bus, qui creditis pecuniis in arce jus Hy-
 pothecæ habebant, hi cum pignore sua
 nomina evertenda timentes, expugna-
 tioni inviderunt, domi retardarunt arma
 & comeatum, foris consilia prodidêre,
 quibus compertis accusationi publicæ sub-
 jecti, omniumque dignitatum incapaces
 declarati, gravibus pœnis coërciti sunt.
 * Aliud prædones receptaculum in Eichs- * MCCCLX
 feldiæ IV.

(a) Chronica Thuringiæ.

(b) MS. Chronica Erfurtensia.

*Arx Han-*feldicæ arce Hanstein (a) habebant. † Arx
stein obside- ipsa in edito monte naturâ loci munitiss
tyr. ma. Sed Erfurtenses cum dicto Henrico

*Ad ejus de-*rat se in vicinia Otto † Brunswicensis, Dux
fensionem se de Leinâ nuncupatus : incertum confœ-
*Brunswicæ-*deratis an hostem vel amicum haberent.
sis armat. Missis Legatis propositum Ottonis rogant

Ejusdē dolus non dubitare se Ducis arma patriæ quietem
spectare, ac contrâ eos suscepta, qui
commerciam, & securitatem publicam vio-
lantes, exraptu viverent. In horum casti-
gationem se quoque coivisse, cumque
prædones de arce Hanstein omnem vic-
niam spoliarent, ad istius arcis expugna-
tionem setendere, nec adversi quicquam
à Duce, sed auxilia potius expectare. Ot-
to † laudare propositum, utque strenue
pergerent, monere cœpit. Confœderati
exercitu arcem cingunt, jamque assul-
tus aliquot in murum tentati, cum Otto

Obsidionem † recentibus copiis, & non indicto bello
solvit. obsidentium castra adoritur. Segnius in
iis vigilabatur, cum ante nunciata hosti-
lia jure gentium se tutos crederent. Sed

* MCCCCL Dux obtinuit victoriam, illi casi partim,
xv. & capti, arx cum prædonibus impunis
Similiter Al mansit. Otto ob iniquissimum hoc faci-
bertus Brüs. nus non paucorum odium incurrit. * Se-
prædones cutus exemplum Ottonis agnatus ejus †
fovet.

(a) Riv. in Chron. Thur. hoc anno.

Albertus, (a) qui non tantum sub protectione sua prædones fovit, sed ipse etiam nobiles, & Urbes Thuringiæ & Eichsfeldiæ infestavit. Monuit † Albertum Moguntinus, & Landgravius, ut ab iniquissimis ausibus desisteret. Ille nec se indehortantium gratiam incepisse, proinde nec in eorum favorem desitutum respondit. † Irritati hoc dicto Elector & Landgravius undique copias legunt, Moguntinum Erfurtenses, & Eichsfeldiaci, Landgraviarum frequens Thuringiæ nobilitas sequitur, Mülhusia & Northusia continuo lacessitæ adsunt, viribusque junctis exercitu viginti millium Brunswicensium agrum invadunt. † Expugnant Hindenburg, Windshausen & Lichtenstein, obsident Eimbeck, eoque Albertum adiungunt, ut abdicatâ prædonum protectione pacem rogaret, quam eâ lege, ne posthac ulli vicinorum molestus esset, impetravit.

Monetur ut desistat.

Monita spernens armis impetitur.

Ad ejurandam prædonum protectionem cogitur.

**MCCCLXVI.*

Bellum inter XV.

Episc. Herb. & comitem

Schwarz.

Erfordia e-

mit à comite Wassen. cte tulit parte sylva.

* Dum hæc foris agerent Erfurtenses, in alterâ viciniâ Comes Swarzburgicus † cum Herbipolensi Episcopo bellum gerit, (b) sat atrox si vires animum non destituisent, cumque pecunia comiti deesset, Erfordiam † arcem Wassenburg, (c) & partem Gabretæ sylvæ vendidit. Indignè tulit parte sylva.

(a) Rivander hoc anno.

(b) Becherer in Chronica Thuringiæ hoc anno, & MS. Chronica Erfurtensia.

(c) Becherer dicto loco.